BIBLIA VETERIS TESTAMENTI (PARS)

Deutschland (Sachsen ?), 2. Hälfte 13. Jh. Seite 119r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25938
Copyright: Admont, Benediktinerstift



nus eius chusan rasathaim regem
syrie et oppressit eum. Quieuitq; terra
xl. annis; et mortuus est othoniel filius
cenez. Addiderunt autem filii israel facere
malum in conspectu domini. Qui con
fortauit aduersus eos eglon regem m
moab. quia fecerunt malum in con
spectu eius. et copulauit ei filios amon
et amalech et iabin. Abiitq; et percussit
israel atq; possedit urbem palmarum.
Seruieruntq; filii israel eglon regi mo
ab. decem. et octo annis; et postea clama
uerunt ad dominum. Qui suscitauit
eis saluatorem uocabulo aoth in ely
tum filium gera filii gemini qui utra
q; manu utebatur pro dextera. Mise
runtq; filii israel per illum munera e
glon regi moab. Qui fecit sibi gladi
um ancipitem habentem in medio
capulum longitudinis palme ma
nus et accinctus eo subter sagum in
dextero femore, obtulitq; munera e
glon regi moab. Erat autem eglon
crassus nimis. Cumq; obtulisset ei
munera prosecutus est socios qui cum
eo uenerant, et reuersus de galgalis
ubi erant ydola dixit ad regem. Ver
bum secretum habeo ad te o rex. Et
ille imperauit silentium. Egressisq;
omnibus qui circa eum erant ingres
sus est aoth ad eum. Sedebat autem
in estiuo cenaculo solus. Dixitq; ver
bum domini habeo ad te. Qui statim
surrexit de throno. Extenditq; aoth
manum suam sinistram. et tulit si
cam de dextro femore suo infixitq;
eam in uentrem eius tam ualide ut
capulus ferrum sequeretur in uul
nere ac pinguissimo adipe stringe
tur, nec eduxit gladium. sed ita ut
percusserat reliquit in corpore. Stati
q; per secreta nature alui stercora pri
perunt. Aoth autem clausis diligentis
sime ostiis cenaculi. et ob firmatis se
ra. per posticam egressus est. Seruiq; re
gis ingressi uiderunt clausas fores
cenaculi atq; dixerunt. Forsitan per
gat aliuum in estiuo cubiculo. Ex
pectantesq; diu donec erubescerent.
et uidentes quod nullus aperiret tulerunt
clauem, et aperientes inuenerunt do
minum suum iacentem in terra mor
tuum. Aoth autem dum illi turbarentur
effugit et pertransit locum ydo
lorum. unde reuersus fuerat. Venitq; in
seyrat et statim insonuit bucina in
monte effraim. Descenderuntq;
cum eo filii israel ipso in fronte gradi
ente. Qui dixit ad eos. Sequimini
me, tradidit enim dominus inimi
cos nostros moabitas in manus nostras.
Descenderuntq; post eum et occupa
uerunt uada iordanis que transmit
tunt in moab, et non dimiserunt tran
sire quemquam. sed percusserunt de mo
abitis in tempore illo circiter. x. milia. omnes
robustos et fortes uiros. Nullus eorum
euadere potuit. Humiliatusq; est mo
ab die illo sub manu israel. et quieuit ter
ra. lxx. annis a preliis. Post hunc fe
it samgar filius anath qui percussit
de phylisteis septingentos uiros uo
mere. et ipse quoq; defendit israel.

Addiderunt q; filii
israel facere malum in con
spectu domini. post mortem
aoth. et tradidit illos dominus in
manu iabin regis chanaan qui
regnauit in asor, habuitq; ducem
exercitus sui nomine sysaram.
Ipse autem habitabat in aroseth gen
tium. Clamaueruntq; filii israel